

Kirchliches Verordnungs-Blatt

für die

Lavanter Diözese.

Cerkveni zaukaznik za Lavantinsko škofijo.

Inhalt. 58. Pii PP. X. epistola encyclica circa consociationem quamdam pseudomonasticam sub nomine Mariavitarum seu sacerdotum mysticorum. — 59. Decretum seu declaratio super Motu proprio „Inter multiplices“ quoad Protonotarios Apostolicos. — 60. Possintne cruces S. Viae crucis affigi supra scamna. — 61. S. R. C. Decretum circa locum, in quo praecordia s. Francisci Assisi. custodiuntur. — 62. Absolutio in articulo mortis et Officium divinum latine recitari

debet. — 63. Ex S. Congregatione Concilii Tridentini. — 64. Ex S. C. a Negotiis Eccl. extraordinariis. — 65. Decretum S. Congregationis Indicis. — 66. Jahresbericht über den allgemeinen frommen Verein der christlichen Familien zur Verehrung der hl. Familie von Nazareth für das Vereinsjahr 1905/6. — 67. Effektenlotterie für steiermärkische Wohltätigkeitsanstalten. — 68. Literatur. — 69. Diözesan-Nachrichten.

58.

Sanctissimi Domini nostri Pii divina providentia Papae X. epistola encyclica circa consociationem quamdam pseudomonasticam sub nomine „Mariavitarum“ seu „sacerdotum mysticorum“.

VENERABILIBUS FRATRIBUS ARCHIEPISCOPO
VARSAVIENSI ATQUE EPISCOPIS PLOCIENSI
ET LUBLINENSI APUD POLONOS

PIUS PP. X.

VENERABILES FRATRES
SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Tribus circiter abhinc annis huic Apostolicae Sedi rite delatum est nonnullos dioecesium vestrarum, praesertim e iuniori clero, sacerdotes, consociationem quamdam pseudomonasticam, sub nomine „Mariavitarum“ seu „sacerdotum mysticorum“ absque ulla legitimorum Praesulum licentia, instituisse, cuius sodales sensim a recta via debitaque Episcopis subiectione „quos Spiritus Sanctus posuit regere ecclesiam Dei“ deflectere et in suas evanescere cogitationes visi sunt.

Hi enim cuidam mulieri, quam sanctissimam, supernis donis mire cumulatam, plura divino lumine edoctam ac novissimis temporibus in perituri mundi salutem divinitus datam dictitabant, sese totos tamquam pietatis et conscientiae magistrae committere ab eiusque nutibus pendere haud veriti sunt.

Hinc, de praetenso Deo mandato, creberrima devotionis inter plebem exercitia (ceteroquin, si rite fiant, maxime

commendanda) praecipue Sanctissimi Sacramenti adorationem ac frequentissimas communionem, proprio Marte et indiscriminatim promovere; quotquot autem e sacerdotibus aut Praesulibus de eiusdem feminae sanctitate divinaque electione tantisper dubios existimarent, vel *Mariavitarum*, quam vocant, consociationi minus amicos, eos criminationibus gravissimis impetere non dubitarunt, ita ut metus esset ne fideles haud pauci, misere decepti, a legitimis pastoribus recessuri forent.

Quapropter, de consilio Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Generalium Inquisitorum, decretum de memorata sacerdotum sodalitate omnino supprimenda, ac de communicatione quavis cum supra dicta muliere penitus abruptenda, die 4. mensis Sept., anno 1904, prout Vobis notum est, edi mandavimus. At vero memorati sacerdotes, etsi documentum scripto dederint de sua erga Episcoporum auctoritatem subiectione, etsi forte cum eadem muliere necessitudines partim, ut asserunt, abrupterint; nihilominus ab incepto molimine haudquaquam destiterunt, nec reprobatae suae consociationi sincero animo renuntiaverunt; adeo ut non solum adhortationes et inhibitiones vestras despexerint; non solum effronti quadam declaratione a pluribus ipsorum subscripta, communionem cum suis Episcopis respuerint; non solum seductam plebem haud uno loco concitarint ut legitimos propellerent pasto-

res; sed etiam, perduellium more, Ecclesiam asseruerint a veritate iustitiaeque defecisse, ac proinde a Spiritu Sancto esse derelictam, sibi quoque solis, sacerdotibus *Mariavitis*, divinitus datum esse populum fidelem veram pietatem edocere.

Nec satis. Paucis abhinc hebdomadibus, in Urbem venerunt duo ex huiusmodi sacerdotibus, alter Romanus Próchniewski, alter Ioannes Kowalski quem Praepositum suum, vi cuiusdam delegationis memoratae mulieris, sodales omnes agnoscunt. Hi ambo, supplici libello, de expresso Domini Nostri Iesu Christi mandato, ut aiebant, conscripto, requirebant ut Supremus Ecclesiae Pastor, vel ipsius nomine, Congregatio S. Officii documentum traderet his verbis expressum: „Mariam Franciscam (id est praedictam mulierem) factam a Deo sanctissimam, esse matrem misericordiae pro omnibus hominibus a Deo ad salutem vocatis et electis hisce ultimis temporibus mundi; omnibus vero sacerdotibus *Mariavitis* esse a Deo praeceptum cultum Sanctissimi Sacramenti et Beatissimae Virginis Mariae de Perpetuo Succursu, in toto orbe terrarum, propagare sine ullis limitationibus neque a iure ecclesiastico, neque a legibus humanis, neque a consuetudinibus, neque a quacumque potestate ecclesiastica vel humana...“.

Quibus ex verbis conicere voluimus sacerdotes illos, non tam forte conscia superbia quam inscitia et fallaci rerum specie obcoecatos, sicut falsi illi prophetae de quibus Ezechiel: „Vident vana et divinant mendacium dicentes: Ait Dominus, cum Dominus non miserit eos; et perseveraverunt confirmare sermonem. Numquid non visionem cassam vidistis, et divinationem mendacem locuti estis? Et dicitis: Ait Dominus; cum ego non sim locutus.“¹ Hos igitur misericorditer exceptos adhortati sumus ut, posthabitis vanarum revelationum fallaciis, seipsos suaeque opera salutifero Praesulum suorum regimini sincere subderent, et Christifideles ad tutam obedientiae ac reverentiae erga pastores suos viam reducere festinarent; ac denique Sedis Apostolicae aliorumque, ad quos pertinet, vigilantiae curam remitterent eas confirmandi devotionis consuetudines quae, pluribus in parocciis dioecesium vestrarum, Venerabiles Fratres, vitae christianae plenius fovendae viderentur aptiores, et vicissim eos, si qui forte essent, sacerdotes corrigendi, qui pietatis exercitia et devotionis formas in Ecclesia probatas detrectare vel parvipendere reperti forent. Haud sine animi solatio conspeximus eos, paterna Nostra benignitate commotos, ad pedes procumbere obtestarique firmam voluntatem votis Nostris filiorum devotione obsequendi. Deinde iidem scripto² declarationem Nobis porrigendam curarunt quae spem augebat fore ut decepti hi filii sincero animo praeteritas ludificationes abiicere ad rectumque tramitem vellent redire:

„Nos semper (en verba) ad voluntatem Dei adimplendam, quae modo per Vicarium Eius tam clare nobis patuit, parati, sincerrime et laetissimo animo revocamus hanc nostram epistolam, quam die 1. Febr. a. e. ad Archiepiscopum Varsavien. dedimus, et in qua declaravimus nos separari ab Eo. Insuper sincerrime et cum gaudio maximo profitemur nos semper cum Episcopis nostris, in specie autem cum Episcopo Varsaviensi, unitos esse volumus, quoadusque Sanctitas Vestra id nobis iubebit. Praeterea, cum nos nomine omnium *Mariavitarum* modo agamus, hanc nostram professionem omnimodae obedientiae et subiectionis, nomine omnium non solum *Mariavitarum* sed universi coetus Adoratorum Sanctissimi Sacramenti, facimus. Specialiter autem facimus hanc professionem nomine *Mariavitarum* Plocensium qui propter causam eandem, uti *Mariavitae* Varsavienses, suo Episcopo declarationem porrexerunt se ab Eo separari. Ideo omnes sine exceptione ad pedes Sanctitatis Vestrae provoluti, iterum iterumque amorem nostrum et obedientiam erga Sanctam Sedem et specialissimo modo erga Vestram Sanctitatem profitentes, humillime veniam petimus, si quid a nobis vel propter nos paterno cordi Vestro dolorem attulerit. Denique declaramus nos statim omnibus viribus adlaboraturos ut pax populi cum Episcopis quamprimum restitatur. Immo affirmare etiam possumus pacem hanc re vera brevi secuturam“.

Quapropter pericundum Nobis erat sperare hosce filios Nostros benigne condonatos, vix in Poloniam reversos, operam duros, ut ea quae promiserant, re quamprimum praestarent. Atque ideo Vos, Venerabiles Fratres, festine volumus admonitos, ut eosdem eorumque socios, plenam auctoritati vestrae subiectionem profitentes, pari misericordia exciperetis et in pristinam, si facta promissis convenirent, conditionem pro muneribus sacerdotalibus exercendis, ad iuris tramitem, restitueretis.

At spem fefellit eventus; nuperis enim documentis rescivimus eos mentem suam mendacibus revelationibus rursus aperuisse, et in Poloniam receptos non solum obsequii ac subiectionis testimonium quod polliciti fuerant, nondum Vobis, Venerabiles Fratres, exhibuisse, sed etiam ad socios et plebem quamdam dedisse epistolam, veritati ac genuinae obedientiae minime consentaneam.

Veruntamen inanis est asseveratio fidelitatis erga Christi Vicarium ab iis edita, qui re non desistunt suorum Antistitum auctoritatem infringere. Etenim „ex Episcopis constat pars Ecclesiae longe augustissima, (prout legitur in epistola diei 17. mensis Decembris 1888 s. m. Leonis XIII. Decessoris Nostri ad Turonensem Archiepiscopum) quae nimirum docet ac regit homines iure divino; ob eamque rem quicumque eis resistat, vel dicto audiens esse pertinaciter recuset, ille ab Ecclesia longius recedit... Contra, inquirere in acta Episcoporum, eaque redarguere,

¹ Ezechiel, XIII, 6. 7.

² Die 20 Febr. an. curr.

nullo modo attinet ad privatos; verum ad eos dumtaxat attinet, qui sacro in ordine illis potestate antecedunt, praecipue ad Pontificem Maximum, quippe cui Christus non agnos modo sed oves, quotquot ubique sunt, ad pascendum commiserit. Ut summum, in gravi aliqua conquerendi materia, concessum est rem totam ad Pontificem Romanum deferre; id tamen caute moderateque, quemadmodum studium suadet communis boni, non clamitando aut obiurgando, quibus modis dissidia verius offensionesque gignuntur, aut certe augentur¹.

Inanis pariter et subdola sacerdotis Ioannis Kowalski ad socios erroris adhortatio de pace restituenda, si contra legitimos pastores blaterationes ac rebellionum fomenta perdurent atque audaces mandatorum episcopalium violationes.

Quamobrem, ne Christifideles et quotquot ex sic dictis *Mariavitis* sacerdotibus in bona fide perstiterunt, ludificationibus memoratae mulieris ac sacerdotis Ioannis Kowalski diutius decipiantur, decretum iterum confirmamus, quo *Mariavitarum* consociatio, illegitime irritoque consilio inita, omnino supprimitur, eamque suppressam reprobataque declaramus, firma manente prohibitione, ne qui e sacerdotibus, eo tantum excepto quem Ploensis Episcopus, pro sua prudentia, confessarium deputaverit,

ad mulierem quam diximus, quovis praetextu accedere aut eam excipere audeant.

Vos autem, Venerabiles Fratres, vehementer hortamur, ut sacerdotes errantes, statim ac sincere resipuerint, paterna charitate amplectamini, eosque rite probatos ad munia sacerdotalia, ductu vestro, denuo obeunda vocare non renuatis. Quod si spretis adhortationibus vestris in sua contumacia perseveraverint, — quod Deus avertat — muneris erit Nostri severius in eos animadvertendi. Christi vero fideles, nunc ignoscenda ludificatione deceptos, in rectam reducere viam studeatis; atque in dioecesis vestris christianae pietatis exercitia, multiplicibus Sedis Apostolicae documentis iamdiu recenterque comprobata, eo alacrius foveatis quo liberius nunc, Deo dante, apud vos ministerium suum sacerdotes exercere fidelesque antiquae pietatis exempla aemulari valent.

Interea, caelestium beneficiorum auspicem, paternaeque nostrae benevolentiae testem, vobis, Venerabiles Fratres, et clero populoque universo, vestrae fidei vigilantiaeque commisso, Apostolicam Benedictionem peramanter in Domino impertimur.

Datum Romae apud S. Petrum, die V. Aprilis 1906, Pontificatus Nostri anno tertio.

Pius PP. X.

59.

Decretum seu declaratio super Motu Proprio „Inter multiplices“, quoad Protonotarios Apostolicos etc.

Evulgato Sanctissimi Domini Nostri Pii Papae X. *Motu Proprio „Inter multiplices“* die 21. Februarii anno nuper elapso 1905,¹ de Protonotariis apostolicis, Praelatis urbanis et caeteris qui nonnullis privilegiis praelatorum propriis fruuntur: complures variaeque quaestiones ac postulationes Sacrorum Rituum Congregationi sunt propositae, circa privilegia ipsa et insignia praedictis Dignitatibus et Canonicorum coetibus aliisque de clero saeculari antea concessa. Quibus omnibus una cum relativis documentis ac testimoniis a speciali Commissione diligenti examine perpensis, et per infrascriptum Cardinalem S. R. Congregationi Pro-Praefectum fideliter eidem Sanctissimo Domino Nostro relatis, Sanctitas Sua, ut omnia vel praeveniri, vel dirimi possint, et R. mi locorum Ordinarii normam ad

dubia resolvenda possideant, per praesens Decretum quae sequuntur declarari iussit. Quoad insignia, pontificalium usum, aliaque quaecumque privilegia, praescriptiones in citato *Motu Proprio* contentae debent integre atque admissim servari; ita ut quae ipsis conformia sint, libere ac licite retineantur; quae vero contraria extent, ea tamquam omnino abrogata habeantur, non obstantibus quibuscumque etiam speciali mentione dignis. Si autem dubia deinceps hac super re adhuc oriuntur, illa Ordinarii locorum ad memoratam Commissionem penes S. R. C. peculiariter institutam deducant, quae, servatis dispositionibus in laudato *Motu Proprio* sancitis, suffragium suum queat proferre.

Die 14. Martii anno 1906.

A. Card. Tripepi, *Pro-Praef.*

L. † S.

† D. Panici, *Archiep. Laodicen., Secretarius.*

¹ Siehe Kirchf. Verordnungs-Blatt für die Bistümer, 1905, IV, 26j. 26.

60.

Possintne cruces S. Viae crucis affigi supra scamna.

Sacrae Congregationi Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae circa locum, ad quem Cruces affigi debeant

in erectione stationum Viae Crucis, sequentia dubia dirimenda sunt proposita:

„I. Utrum ad validitatem erectionis sit essentialis conditio, ut cruces ad parietem tantum affigantur; an vero affigi possint etiam supra scamna, quin erectio sit invalida?

Et quatenus affirmative quoad primam partem,

II. utrum erectiones dictarum stationum cum affixione crucium supra scamna, convalidatae censendae sint a recentioribus decretis S. Congregationis, quibus sanati fuerunt omnes defectus admissi in erigendis stationibus? “

EE. Patres ad Vaticanum coadunati die 18. Augusti 1904 responsum dederunt:

„Ad I. Quoad primam partem: Negative; quoad secundam: Affirmative, dummodo scamna sint inamovibilia et satis erecta.

Ad II. Erectiones stationum cum affixione crucium supra scamna inamovibilia non indigere sanatione; erectiones vero stationum cum affixione crucium supra scamna amovibilia convalidatas quidem esse a recentioribus decretis huius S. Congregationis; iniungitur tamen, ut cruces a scamnis amovibilibus removeantur et ad locum stabilem affigantur.“

61.

S. Congregatio Rituum. Circa locum, in quo praecordia S. Francisci Assisiensis custodiuntur.

Quaestioni olim agitatae, postea sopitae, nuperque iterum excitatae super praecordiis S. Francisci Assisiensis, quae Assisii in ecclesia S. Mariae ab Angelis nuncupatae religiose custodiri alii affirmant, allata etiam vetusta Ordinis Minorum traditione; et alii negant vel in dubium revocant, Sacra Rituum Congregatio in peculiaribus Comitibus ad Vaticanum habitis die decima sexta elapsi mensis Maii, proponente Eminentissimo et Reverendissimo Domino Cardinali Francisco Segna Causae Relatore, omnibus ex utraque parte ad rem deductis argumentis atque documentis discussis accurateque perpensis, attento etiam voto Commissionis Liturgicae, atque audito R. P. D. Alexandro Verde sanctae Fidei Promotore, ita respondere censuit. „Imposito partibus de hac re contententibus et disputantibus magno silentio, quaestionis praecipuae reso-

lutio differatur, manente interim in sua possessione enunciata traditione. Si quid autem novi pro una vel altera sententia in casu reperiatur, Sacrorum Rituum Congregationis examini et iudicio erit subiiciendum; nihilque edendum nisi de ipsius sacri Consilii expressa atque scripta licentia“.

Quas resolutiones, Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae X. per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Pro-Praefectum relatas, Sanctitas Sua ratas habuit, probavit atque servari mandavit.

Die 24. Maii 1905.

A Card. Tripepi, Pro-Praefectus.

L. ✠ S.

✠ D. Panici, Archiep. Laodicen., Secret.

62.

Absolutio in articulo mortis et officium divinum latine recitari debent. — Quidam abusus prohibentur.

Rmus Dnus Franciscus Nagl, Episcopus Tergestinus et Iustinopolitanus, Sacrorum Rituum Congregationi sequentes quaestiones solvendas humillime proposuit, nimirum:

I. An fideles, absolute in articulo mortis in lingua vernacula peraeta, sicuti modo pluries fit, indulgentias lucrari queant?

II. In Missis de Requie post elevationem loco *Benedictus*, Litaniae uti ex Rituali Romano in ordine commendationis animae, vel Lauretanae, canuntur, et huiusmodi Missae fiunt lectae. Insuper in Missis cantatis de die,

intonato *Credo* sacerdos prosequitur Missam uti lectam usque ad Praefationem. Quaeritur an haec tolerari possint?

III. An sacerdos lingua vernacula Officium divinum Breviarii Romani ex. gr. Nativitatis Domini, defunctorum, etc., cum populo peragens, vel Litanias Sanctorum in Processionibus Rogationum eadem lingua persolvens, teneatur has partes Breviarii Romani in lingua latina iterum recitare?

Et Sacra Rituum Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisito voto Commissionis Liturgicae, reque mature perpensa, respondendum censuit:

Ad I. *Negative, quia haec benedictio in articulo mortis est precatio stricto sensu liturgica.*

Ad II. *Negative, et hos abusus omnino esse eliminandos.*

Ad III. *Affirmative; nam qui ad recitationem divini Officii et cuiusque partis Breviarii Romani sunt obli-*

gati, tantum in lingua latina haec recitare debent, alias non satisfaciunt obligationi.

Atque ita rescripsit. Die 3. Iunii 1904.

A Card. **Tripepi**, Pro-Praefectus.

L. † S.

† **D. Panici**, Archiep. Laodiceen.,
Secretarius.

63.

Ex S. Congregatione Concilii Tridentini.

„Die 2. Decembris 1903 S. Congregationi Concilii propositum est dubium:

Iuxta leges ecclesiasticas pro ordinatione candidatorum, in alia dioecesi tanto tempore commorantium, ut ibidem impedimentum canonicum contrahere potuerint, *litterae testimoniales* ab Ordinario illius dioecesis necessariae sunt. Tempus, quo candidati aliquod impedimentum iuxta communiter contingentia contrahere potuissent, respectu servitii militaris trimestre, secus autem — saltem iuxta plures — semestre statuitur, quamvis non desint, qui brevius statuunt temporis spatium.

Iam vero dubium est, utrum litterae testimoniales pro eiusmodi candidatorum ordinatione nonnisi tunc sint necessariae, cum requisitum temporis spatium per continuam eorum in alia dioecesi commorationem fuerit adimpletum, an etiam tunc, cum idem ipsum temporis spatium non quidem per continuam, tamen vero per iteratam in respectiva dioecesi ex parte candidatorum commorationem completum fuerit.

Ad eiusmodi dubii intelligentiam adnotare oportu-

num videbatur Romanos Pontifices statuuisse, ut qui in aliena dioecesi per notabile tempus commoratur, ad ordines promoveri non possit absque literis testimonialibus Ordinarii huius loci. Praeterea die 27. novembris 1892 S. C. super disciplina Reg. decrevit in posterum, ut omnes Religiosi, qui petunt admitti ad s. ordines vel professionem, indigere literis testimonialibus Ordinarii loci, ubi saltem per tres menses morati sint. Haec dispositio vero postea extensa fuit etiam clericis saecularibus servitio militari mancipatis; pro illis autem, qui lege militari non tenentur, tempus commorationis ad effectum, de quo agitur, est semestre.

Hi-ce praemissis, Eminentissimi Iudices, disquisitionibus ex officio consideratis, responderunt:

„*Ordinarium non teneri sub poena suspensionis ad testimoniales requirendas, nisi agatur de trimestri moraliter continuis, salvo iure Episcopi inquirendi super idoneitate promovendi et testimoniales exigendi pro minori vel discontinua commoratione aut exigendi iuramentum supplementum, si in Domino necessarium censuerit.*“

64.

Ex S. C. a Negotiis Eccl. extraordinariis. De clericis candidatis in proximis electionibus ad Deputatorum comitia in Gallia.

Ex audientia Sanctissimae, die 2. Aprilis 1906.

Quaesitum est ab hac S. Congregatione Negotiis Ecclesiasticis extraordinariis praeposita num clericis sive saecularibus sive regularibus in Gallia liceat, in praesentibus rerum adiunctis, candidatos se sistere in proximis electionibus ad Deputatorum comitia. Re igitur per me nfrascriptum Secretarium ad Sanctissimum D. N. Pium

PP. X. delata, Sanctitas Sua respondere dignata est eisdem id non licere absque consensu proprii Ordinarii, ac Ordinarii loci ubi se candidatos sistere cupiunt.

Datum Romae e Secretaria eiusdem S. Congregationis, die, mense et anno praedictis.

† **Petrus**, Archiep. Caesariensis,
Secretarius.

L. † S.

65.

Decretum S. Congregationis Indicis.

Feria V. die 5. Aprilis 1906.

S. Congregatio EE. ac RR. S. Romanae Ecclesiae Cardinalium a SS. DOMINO NOSTRO PIO PAPA X.

Sanctaque Sede Apostolica Indici librorum pravae doctrinae, eorumdemque proscriptioni, expurgationi ac permissioni in universa christiana republica praepositorum et de-

legatorum, habita in Palatio Apostolico Vaticano die 5. Aprilis 1906, damnavit et damnat, proscripsit proscribitque, atque in Indicem librorum prohibitorum referri mandavit et mandat, quae sequuntur opera:

Paul Viollet, L'Infaillibilité du Pape et le Syllabus. Étude historique et théologique. Besançon-Paris, 1904.

L. Laberthonnière, Essais de Philosophie religieuse Paris, s. d. — Le Réalisme chrétien et l'Idéalisme grec. Paris, s. d.

Antonio Fogazzaro, Il Santo. Romanzo. Milano, 1905.

Nicolaus Jozzelli Decreto S. Congregationis, edito die 12. Decembris 1905, quo liber ab eo conscriptus no-

tatus et in Indicem librorum prohibitorum insertus est, laudabiliter se subiecit.

Itaque nemo cuiuscumque gradus et conditionis praedicta opera damnata atque proscripta, quocumque loco et quocumque idiomate, aut in posterum edere, aut edita legere vel retinere audeat, sub poenis in Indice librorum vetitorum indictis.

Quibus SS. DOMINO NOSTRO PIO PAPAE per me infrascriptum Secretarium relatis, SANCTITAS SUA decretum probavit et promulgari praecepit.

Datum Romae die 5. Aprilis 1906.

Andreas Card. Steinhuber, Praefectus.

Fr. Thomas Esser, Ord. Praed.

Loco Sigilli.

a Secretis.

66.

Jahresbericht über den Allgemeinen frommen Verein der christlichen Familien zur Verehrung der heiligen Familie von Nazareth für das Vereinsjahr 1905/6.

Nachstehend folgt der 13. Jahresbericht über den Stand des Allgemeinen frommen Vereines der christlichen Familien zur Verehrung der heiligen Familie von Nazareth. Diesem gemäß sind im Vereinsjahre 1905/6 dem Vereine 173 Familien mit 937 Mitgliedern beigetreten und zwar in den Pfarren:

St. Florian in Dolič	4 Fam.	22 Mitgl.
Pameče	3 "	16 "
Gilli	7 "	47 "
Fraßlau	2 "	8 "
St. Georgen am Tabor	20 "	100 "
Großsonntag	5 "	25 "
St. Georgen a. d. Stainz	18 "	79 "
St. Marein	2 "	6 "
St. Stefan bei Süssenheim	1 "	6 "
Oberburg	1 "	4 "
St. Kaveri in Straže	2 "	12 "
Laufen	9 "	33 "
Wurmberg	3 "	13 "
St. Margen bei Pettau	2 "	12 "
Stalis	4 "	18 "
Zavodne	71 "	397 "
St. Leonhard ob Tüßfer	2 "	15 "
Bidem	1 "	5 "
Dobova	16 "	119 "

Zusammen . . 173 Fam. 937 Mitgl.

Der Verein zählt nun im Ganzen 30.080 Familien mit 148.370 Mitgliedern. Es ist wahrhaftig im

hohen Maße erfreulich, daß dieser so schöne und zeitgemäße Verein, dank den Bemühungen der hochwürdigen Herren Seelsorger, in unserer Diözese eine so weite Verbreitung gefunden hat. Entspricht er ja gerade den Bedürfnissen unserer Zeit, wo so viel und so bitter geklagt wird über den Niedergang des religiösen Familienlebens. In dem frommen Vereine der heiligen Familie wird der heutigen Welt ein Mittel geboten, dem beklagten Mißstande auf einfache und entsprechende Weise abzuhelpen und den Adel der christlichen Familie zu bewahren oder wieder herzustellen. Denn der fromme Verein zu Ehren der heiligen Familie soll die Familienväter anleiten, sich als Stellvertreter des heiligen Josef zu betrachten; ihre Frauen sollen sich der seligsten Gottesmutter, ihre Kinder dem göttlichen Jesuskinde weihen, sie alle sollen die heilige Familie zum Vorbilde erwählen und die Nachahmung des gottseligen Wandels der heiligen Familie zum Gepräge ihres Familienlebens machen. Das ist gewiß die beste Schutzmauer gegen den von allen Seiten eindringenden Weltfönn und gegen die so vielfach versuchte Lockerung des christlichen Familienlebens.

Darum mögen die hochwürdigen Herren Seelsorger auch in Zukunft keine Mühe scheuen, um diesem so nützlichen Vereine dort, wo er noch nicht eingeföhrt ist, Eingang zu verschaffen und dort wo er bereits Eingang gefunden hat, ihn nach Kräften zu fördern.

Die Mitgliederverzeichnisse für das nun beginnende Vereinsjahr 1906/7 wollen unter genauer Angabe der Anzahl der neu eingetretenen Familien und Familienglieder bis zum 15. Mai 1907 anher vorgelegt werden.

Effektenlotterie für steiermärkische Wohltätigkeitsanstalten.

In Betreff des Vereines für Armenpflege und Kinderfürsorge in Graz, des steiermärkischen Notstandsfondes sowie des Vereines zur Errichtung von Tuberkuloseheilstätten in Steiermark hat die k. k. Statthalterei in Graz unter dem 24. Mai 1906, Bl. 1¹²⁹⁸/₆ nachstehendes Schreiben anher gerichtet:

„Der Verein für Armenpflege und Kinderfürsorge in Graz veranstaltet im Jahre 1906 eine Effektenlotterie, deren Reinertragnis dem genannten Vereine, dem steiermärkischen Notstandsfond und dem Verein zur Errichtung von Tuberkuloseheilstätten in Steiermark zufließen soll.

Der Verein hat sich hieher mit der Bitte gewendet, das Lotterieunternehmen möglichst zu unterstützen.

Mit Rücksicht auf die eminent wohltätigen und gemeinnützigen Zwecke der Institutionen, welchen das Reinertragnis der Lotterie zugewendet werden wird, beehre ich mich, um tunlichst weitgehende Förderung dieser Veranstaltung zu ersuchen.

Eine Abschrift des gleichzeitig an die k. k. politischen Bezirksbehörden hinausgegebenen Erlasses liegt bei.

Der k. k. Statthalter:

Clary m. p.“

Der an die k. k. politischen Bezirksbehörden gleichzeitig erlassene Erlaß lautet:

„Der Verein für Armenpflege und Kinderfürsorge in Graz veranstaltet am 6. Dezember 1906 eine Effektenlotterie mit 1261 Treffern im Gesamtwerte von 34.000 Kronen. Der Haupttreffer im Werte von 10.000 Kronen kann über Wunsch des Gewinners gegen 10% igen Abzug und Entrichtung der 20% igen gesetzlichen Gewinstdage in Bargeld reuiert werden. Die Lose werden um eine Krone abgegeben.

Das Reinertragnis dieser Veranstaltung wird den statutenmäßigen Zwecken des Vereines, weiters dem steierm. Notstandsfonde und dem Vereine zur Errichtung von Tuberkuloseheilstätten in Steiermark zugeführt werden.

Dieses Reinertragnis wird somit zum Teile in Graz sich aufhaltenden, aber in Graz nicht heimatberechtigten Steiermärkern, die der öffentlichen Armenpflege bereits anheimgefallen sind oder ohne die Wirksamkeit des Vereines für Armenpflege anheimfallen würden, und dadurch mittelbar den Heimatgemeinden dieser Armen; weiters den von Elementarereignissen betroffenen und dadurch in die Notwendigkeit der Inanspruchnahme rascher ausgiebiger Geldhilfe versetzten Gemeinden Steiermarks; endlich auch an Tuberkulose erkrankten Personen und durch Erhaltung der Erwerbsfähigkeit solcher mittelbar den Heimatgemeinden dieser Personen zugute kommen.

Die statutenmäßigen Zwecke des Vereines für Armenpflege und Kinderfürsorge sind:

Erstens durch vorbeugende Armenpflege zu verhindern, daß in Graz sich aufhaltende Personen, ohne Unterschied der Heimatzugehörigkeit, der öffentlichen Armenpflege anheimfallen.

Zweitens durch ergänzende Armenpflege in Graz sich aufhaltender Nichtgrazer, welche bereits der öffentlichen Armenpflege anheimgefallen sind, die Heimatgemeinden dieser Personen bei Erfüllung der den Gemeinden durch die Armenpflege auferlegten Verpflichtungen zu unterstützen.

Drittens durch Kinderfürsorge Kinder vor Mißhandlung und Verwahrlosung zu schützen.

Der Verein hat im Jahre 1905 für die genannten Zwecke gegen 100.000 K verwendet, davon über 8000 K für vorbeugende Armenpflege und über 14.000 K für Kinderfürsorge, welche Beträge vorwiegend in Graz nicht zuständigen Steiermärkern zugute kamen. Für ergänzende Armenpflege hat der Verein im verflossenen Jahre rund 74.000 K aufgewendet, davon den größten Teil für in Graz nicht heimatberechtigte Steiermärker.

In Anbetracht dieser gerade den Landgemeinden Steiermarks vorwiegend zugute kommenden Tätigkeit des Vereines für Armenpflege und Kinderfürsorge ist es nur billig, daß die Bewohner des flachen Landes die ihnen durch die Möglichkeit der Abnahme von Losen gebotene Gelegenheit, den Verein bei der Erfüllung der von ihm freiwillig und unentgeltlich übernommenen, gesetzlich den Gemeinden obliegenden Aufgaben der Armenpflege zu unterstützen, nicht ungenützt vorübergehen lassen. Wenn die Landbewohner diese Gelegenheit bei den Veranstaltungen in den Vorjahren nicht ausreichend wahrgenommen haben, so ist dies wohl darauf zurückzuführen, daß die Bedeutung des Vereines gerade für die Gemeinden außerhalb der Landeshauptstadt, sowie dessen segensreiches Wirken im Interesse der öffentlichen Armenpflege noch immer nicht genügend gekannt und gewürdigt wird.

Der steiermärkische Notstandsfond ist bekanntlich vor mehreren Jahren ins Leben gerufen worden, um den durch Elementarereignisse in Notlage geratenen Bewohnern Steiermarks Unterstützungen zu gewähren. Diese Unterstützungen werden teils voranschüssweise auf Rechnung der vom Staate zu gewärtigenden und aus budgetären Rücksichten zumeist erst nach geraumer Zeit verfügbaren Mittel verabsolgt, teils werden vom Notstandsfonde auch Subventionen in einzelnen Fällen gewidmet, in welchen die Erwirkung einer staatlichen Unterstützung mit Rücksicht auf die Sachlage nicht möglich ist.

Der bedeutende Umfang der Schäden, welche in Steiermark alljährlich durch Elementarereignisse (Hochwasser, Hagelschlag . . .) verursacht werden, hat eine starke Inanspruchnahme des Notstandsfondes zur Folge, und es ist deshalb die tunlichste Kräftigung dieses Fonds notwendig, um es zu er-

möglichen, daß er seine Aufgabe namentlich in der zuletzt erwähnten Richtung erfülle.

Der Verein zur Errichtung von Tuberkuloseheilstätten in Steiermark hat die erste Heilstätte in Hörgat, Gemeinde Eisbach, Bezirk Graz, bereits fertig hergestellt und ihren humanitären Zwecken übergeben, ist jedoch derzeit ohne ausgiebige Beihilfe nicht imstande, die Kosten der Verpflegung der Heilbedürftigen bei Vollbelag der Anstalt zu bestreiten, umso weniger aber in der Lage, die dem Landesbedarf entsprechenden weiteren Heilanstalten zu erbauen und zu erhalten.

Die Herren Amtsvorstände werden daher eingeladen, die Bevölkerung des dortigen Verwaltungsgebietes auf die Effekten-Lotterie des Vereines für Armenpflege und Kinderfürsorge, des steiermärkischen Notstandsfondes und des Vereines zur Errichtung von Tuberkuloseheilstätten in Steiermark aufmerksam zu machen,

sie darauf hinzuweisen, daß insbesondere das Wirken dieser Institutionen vorwiegend den steiermärkischen Landgemeinden zugute kommt, und ihr die Anschaffung von Losen u. zw nicht nur durch Hinausgabe von Erlässen, sondern auch im persönlichen Verkehre wärmstens zu empfehlen.

Bestellungen von Losen wären unmittelbar an die Leitung des Vereines für Armenpflege und Kinderfürsorge in Graz, Mehlsplatz Nr. 1, zu richten.

Der k. k. Statthalter:

Clary m. p."

Unter Hinweis auf das „Kirchliche Verordnungs-Blatt für die Lavanter Diözese“, Jahrgang 1905, Abjag 86, wird der hochwürdige Seelsorgeklerus hiemit nochmals erinnerte dieses gemeinnützige Unternehmen nach Kräften zu fördern.

68.

Literatur.

Im Verlage der Buchdruckerei Ambrosius Dpiz in Warnsdorf in Böhmen sind zwei beachtenswerte, von P. Wenzel Lerch S. I. verfaßte Broschüren erschienen, die hiemit, da sie zwei wichtige Wahrheiten unserer heiligen Religion in erschöpfender, aber dabei ganz volkstümlicher Weise behandeln und die gegen dieselben in der Jetztzeit gerne ins Feld geführten Einwände klar und gründlich widerlegen, dem hochw. Seelsorgeklerus zur Bestellung und Weiterverbreitung bestens empfohlen werden.

I. Der Gottmensch Jesus Christus im katholischen Gotteshaufe. Das Büchlein zerfällt in vier Teile: Das große Geheimnis des Allerheiligsten Altars sakramentes (S. 3—56); Das Haus Gottes (S. 57—102); Die göttliche

Seelenspeise (S. 103—188); Die heilige Messe, was sie ist und was sie bringt (S. 189—250). — Preis per Stück 1 K.

2. Bedenken gegen die göttliche Vorsehung. Der sehr belehrende Inhalt dieser Broschüre ist folgender: I. Auch ohne Gott! (S. 5—28); II. Der Gottlosen Glück (S. 29—58); III. Die Schonzeit (S. 59—81); IV. Der Guten Unglück (S. 83—126); V. Der Kampf um das Dasein (S. 127—146); VI. Gott—die Liebe? (S. 147—178); VII. Gottes geheimnisvolle Weltregierung (S. 179—200); VIII. „Alles der Auserwählten willen“ (S. 201—228); Schlußwort: Über das Verhalten im Leiden (S. 229—244). — Preis per Stück 1 K.

69.

Diözesan-Nachrichten.

Ernannt wurde Titl. Herr Anton Suhac, Doktor der Theologie, F. B. geistlicher Rat und Pfarrer in St. Anna am Kriechenberge zum Dechant des Dekanatsbezirkles St. Leonhard in W. B. und Herr Franz Černenssek, Pfarrer in Bideu, zum Dechant des gleichnamigen Dekanatsbezirkles.

Investiert wurde auf die Pfarre St. Michael in Bishätz Herr Anton Srabočan, Kaplan in Gonobiz.

Wiederangestellt wurde als Kaplan in Bishätz der dortige Provisor Herr Franz Planinc.

Überseht wurde Herr Simon Simone, Kaplan in St. Peter im Barental, in gleicher Eigenschaft nach Zellniz.

In den zeitlichen Ruhestand trat krankheits halber Herr Martin Lenart, Kaplan in Zellniz.

Gestorben ist Herr Matthäus Meznarič, Provisor in Bittschein, am 21. Juni im 38. Lebensjahre.

Unbesetzt sind geblieben ein Kaplansposten in Gonobiz und der Kaplansposten in St. Peter im Barental.

F. B. Lavanter Ordinariat zu Warburg,

am 1. Juli 1906.

† Michael,
Fürstbischof.